

¶ hec anno incarnationis dominice DCC. LIII.

Paulus sedit annos X. menses I. & cessavit episcopa-
tus anno I. quippe I. hic frater predecessoris sui. Stephanio. mona-
sterium. quod in honore sanctorum Dionisii sociorumque eius
in proprio suo edificare cepit papa Stephanus Pauli successor eius
& frater nobiliter consummavit. & servos dei natione grecos ibi con-
stituit. & ad sanctos martires. in secula grecorum appellari fecit.

Stephanus sedit annos III. menses V. dies XVII. & cessavit episco-
patus dies VIII.

Adrianus sedit annos XXIII. menses V. dies XVII.

Leo sedit annos XX. menses V. dies XVII. hunc Romani anno in-
carnationis domini DCC. XC. VIII. excommunicaverunt. VII. Kal. mai. lin-
quamque preciderunt. positusque in custodia. ad ecclesiam bea-
ti Petri nocte confugit. Deinde ad gloriosum regem francorum
Karolum deductus & honorifice susceptus. cum honore Romam
est remissus. gloriosus autem rex Karolus. in die natiuitatis
domini ante confessionem beati Petri apostoli residens. Leo
pontifex capiti eius coronam imposuit. & sic ab universo po-
pulo romanorum adclamatur. Karolo Augusto a deo corona-
to. magno & pacifico imperatori. vita & victoria. & exinde im-
perator & augustus est appellatus

Stephanus sedit annos VIII.

Paschalis sedit annos V.

Eugenius sedit annos III. menses VIII. dies XXIII. Valentinus sedit

Gregorius sedit annos XVI.

Sergius sedit annos

Leo sedit annos VIII. menses III. dies VII.

Benedictus sedit an-

Nicholaus sedit annos XI. menses VI. dies VII. Adrianus annos